



# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA

---

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la imprenta de Calatrava.

---

### Obispado de Salamanca

De conformidad con la costumbre admitida en este Obispado, damos el competente permiso para que los fieles dedicados a las faenas de la recolección puedan, durante ésta, trabajar en los días festivos cuando la necesidad lo exigiere, a excepción de las festividades del Santísimo *Corpus Christi*, de San Pedro y San Pablo, Santiago Apóstol y la Asunción de la Virgen Santísima, sin que por ello queden dispensados de la obligación de oír misa en los domingos y días de precepto.

Los señores Curas párrocos y demás encargados de parroquias, al dar conocimiento a sus feligreses de esta nuestra disposición, les pondrán de manifiesto la benignidad de Nuestra Santa Madre la Iglesia, facilitando cuanto le es posible el cumplimiento de sus mandamientos y dispensando de ellos siempre que motivos razonables lo requieren y consienten, y les exhortarán además amorosamente para que santifiquen con algunos actos de piedad esos mismos días festivos en los cuales se les autoriza para trabajar.

Salamanca, 31 de Mayo de 1927.

† El Obispo de Salamanca.

# Secretaría de Cámara

## CIRCULAR

Al celebrarse la solemnidad del Santísimo CORPUS CHRISTI, el Excmo. Prelado encarece al venerable Clero parroquial el cumplimiento de los cultos y preces ordenados por la Santa Sede al tenor de los documentos insertos en este BOLETÍN el año 1907 (1).

También nuestro Excmo. Sr. Obispo recomienda con todo interés al venerable Clero parroquial, que durante el mes de Junio celebren en sus iglesias los acostumbrados cultos en honor del Sacratísimo Corazón de Jesús, y aunque por disposición de nuestro Santísimo Padre el Papa Pío XI la consagración y Letanías al Sagrado Corazón son obligatorias en la fiesta de N. S. Jesucristo Rey, y *ad libitum* o facultativas en el día del Divino Corazón, siempre que en uno y otro caso se emplee la fórmula mandada por el Papa León XIII y retocada por el Pontífice reinante (2), es deseo fervoroso de S. E. I. que en el día 24, festividad del Sagrado Corazón o en el domingo inmediato siguiente se reciten ante el Santísimo Sacramento expuesto las mencionadas preces en todas las iglesias en las que se celebre referida solemnidad, pero con sujeción al formulario que en el año pasado se insertó en este BOLETÍN (3).

Salamanca 31 de Mayo de 1927.

DR. ELIAS RAMOS,  
*Secretario.*

# Administración de Cruzada

## CIRCULAR

Para poder cumplir lo establecido en el Reglamento de Cruzada, en el que se ordena a los Administradores diocesanos enviar a la Comisaría general de Toledo el acta de las bulas sobrantes de cada predicación, por la presente

- (1) Véanse las páginas 169 y siguientes.
- (2) S. R. C. 28 aprilis 1926 et *Poenitent. Appa.* 15 Febrer. 1927 (BOLETÍN 1926, pág. 291 y BOLETÍN 1927, pág. 123).
- (3) Véase BOLETÍN OFICIAL año 1926, pág. 276.

S. E. R. se ha servido disponer que los señores Párrocos y encargados de parroquia devuelvan a esta Administración las bulas sobrantes de la predicación de 1926 y liquiden dicho año, antes del día 30 de Junio próximo, advirtiéndole que después de la fecha indicada se considerarán como expensas todas las bulas que no hayan sido devueltas, y la Administración cobrará su importe en la Habilitación del Culto y Clero de la nómina personal respectiva, sin otro aviso que el que por medio de esta Circular se hace.

Salamanca, 31 de Mayo de 1927.

El Delegado,

**Antonio B. Durán.**

---

## **Seminario Pontificio de Salamanca**

---

### **PREFECTURA DE ESTUDIOS**

Los jóvenes que se hallan cursando Latín y Humanidades en enseñanza privada, si desean sufrir examen en los ordinarios de fin de curso, estarán en este Centro, a disposición del tribunal el día 20 de los corrientes, a las diez (hora oficial) de la mañana.

Si comienzan los estudios, enviarán a la Secretaría antes del próximo día 12 los documentos siguientes: a) solicitud dirigida al M. I. Sr. Prefecto de Estudios, pidiendo la admisión al examen de ingreso y al de las asignaturas que hayan cursado privadamente; b) partidas de Bautismo y Confirmación; c) certificado de conducta expedido por el señor Párroco de su residencia habitual y d) certificado de vacunación, acreditando a la vez que no padecen defecto físico ni enfermedad contagiosa. Los *extradiocesanos* presentarán además de los documentos citados, licencia INSCRIPTIS de sus respectivos Prelados para matricularse en este Seminario.

Los demás avisarán también en la Secretaría antes de la fecha mencionada, indicando detalladamente las asignaturas de que desean examinarse.

Salamanca, 1 de Junio de 1927.

---

# SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

## INSTRUCTIO

AD ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS CETEROSQUE LOCORUM ORDINARIOS: DE SENSUALI ET DE SENSUALI-MYSTICO LITTERARUM GENERE.

Inter mala huius aetatis funestissima, quae doctrinam christianam de moribus penitus subvertunt atque animabus, Iesu Christi emptis pretioso Sanguine, admodum nocent, imprimis numeranda sunt ea litterarum genera quae sensualitati et libidini aut etiam lascivo cuidam mysticismo indulgent. Huiusmodi sunt praecipue fabulae romanenses, narratiunculae commenticiae, dramata, comoediae, quarum quidem scriptionum incredibiliter fecunda sunt haec tempora quotidieque maior ubique copia diffunditur.

Quae ingeniorum commenta quibus tam multi, maximeque iuvenes, tantopere capiuntur, si pudoris et honestatis finibus, non sane angustis, continerentur, non solum sine fraude delectare, sed etiam ad legentium mores conformandos prodesse possent.

Nunc vero satis dolere non licet, ut dictum est, ex hac affluentia librorum in quibus magna cum fascinatione nugacitatis pars inest turpitudine, gravissimam animarum iacturam existere. Etenim quam plures huius generis scriptores fulgentissimis imaginibus impudica facta depingunt; obscoenissima quaeque, modo tecte, modo aperte et procaciter, omni castimoniae lege neglecta, enarrant; subtili quadam analysi vitia carnalia vel pessima describunt eaque cunctis orationis luminibus et lenociniis exornant, adeo ut nihil iam in moribus inviolatum relinquatur. Id omne quam perniciosum sit, praesertim adolescentibus, quibus fervor aetatis difficiliorem efficit continentiam, nemo est qui non videat. Volumina autem illa, tenuia saepe, parvo venalia prostant apud bibliopolas, per vias et plateas civitatum, in stationibus, quae dicuntur, viae ferreae, eademque in manus omnium mirae rapiditate veniunt et familias christianas in magna et luctuosa frequenter discrimina adducunt. Nam quis ignorat litteris eius modi phantasiam fortiter excitari, effrenatam libidinem vehementer accendi et cor in coenum turpitudinum trahi?

Ceteris vero fabulis amatoriiis multo peiores solent ab iis

proferri qui, horrible dictu, pabulum morbosae sensualitatis rebus sacris cohonestare non verentur, amoribus impudicis quamdam pietatem in Deum et religiosum mysticismum, falsissimum quidem, intexendo: quasi Fides cum rectae vivendi normae negligentia, imo impudentissima infitiatione, componatur et virtus religionis cum morum depravatione consocietur. Contra, sanctum est vitam aeternam neminem consequi posse, qui, licet veritates divinitus revelatas vel firmissime credat, praecepta tamen a Deo data non custodit, cum christiani hominis ne ipsum quidem mereatur nomen quicumque fidem Christi professus, Christi vestigiis non ingreditur: «Fides sine operibus mortua est» (Iac., 2, 26) monuitque Salvator noster: «Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum» (Matt., 7, 21).

Ne quis vero illa opponat: in pluribus illorum librorum nitorem et ornamenta orationis vere laudanda inesse, psychologiam hodiernis inventis congruentem praeclare doceri, lascivas autem corporis voluptates eo reprobari quod exprimentur, ut sunt, foedissimae, aut quod interdum cum conscientiae angoribus coniunctae ostendantur, vel quod patefiat quam saepe extrema turpissimi gaudii luctus cuiusdam poenitentiae occupet. Nan neque scribendi elegantia, nec medicinae aut philosophiae scientia—si modo his litterarum generibus ea continentur—nec mens, quaevis ea sit, auctorum impedire unquam possunt quominus lectores, quorum generatim, propter naturae corruptionem, magna est fragilitas magnaque ad luxuriam propensio, paginarum immundarum illecebris sensim irretiti, et mentibus pervertantur et cordibus depraventur, ac, remissis habenis cupiditatum, ad scelera omnis generis delabantur, vitamque ipsam, sordibus oppletam, fastidientes, haud raro se ipsi interimant.

Ceterum quod mundus, qui sua quaerit usque ad contemptum Dei, his libris delectetur, eosdemque divulget, mirandum non est; sed maxime dolendum, a scriptoribus qui christiano nomine se iactant, operam studiumque in tam exitiosas litteras conferri. Numquid fieri potest ut principiiis ethicae evangelicae adversando, adhaereatur Iesu benedicto, qui omnibus, ut carnem cum vitiis et concupiscentiis suis crucifigant, praecepit? «Si quis vult—inquit—post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me» (Matt., 16, 24).

Atque eo quidem audaciae et impudentiae scriptores processisse non paucos videmus, ut ea ipsa vitia suis libris in vulgus spargant, quae Apostolus vel nominari a christifidelibus vetuit: «Fornicatio autem, et omnis immunditia... nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos» (*Eph.*, 5, 3). Discant isti tandem aliquando se duobus dominis servire non posse, Deo et libidini, religioni et impudicitiae. «Qui non est mecum—ait Dominus Iesus—contra me est» (*Matt.*, 12, 30), ac certe cum Iesu Christo non sunt scriptores sordidis descriptionibus bonos depravantes mores, qui societatis civilis ac domesticae sunt verissima fundamenta.

Itaque perspecta litterarum lascivarum colluvie, quae quoquo anno latius omnes fere nationes inundat, Sacra haec Suprema Sancti Officii fidei et moribus tuendis praeposita Congregatio, Apostolica auctoritate ac nomine SSmi. Domini Nostri Pii Divina Prov. Papae XI, omnibus locorum Ordinariis mandat, ut omni qua possunt ope tanto tamque praesenti malo mederi conentur.

Profecto ipsorum est, qui a Spiritu Sancto positi sunt regere Ecclesiam Dei, in omnia, quae in suis dioecibus typis imprimantur et edantur, solerter diligenterque invigilare. Neminem autem illud effugit, libros, qui toto orbe hodie vulgantur, longe crebriores esse quam qui a Sede Apostolica examini possint subiici. Propterea Pius X s. r. Motu proprio "*Sacrorum Antistitum*," haec edixit: «Quicumque in vestra uniuscuiusque dioecesi prostant libri ad legendum perniciosi, ii ut exsulent fortiter contendite, solemni etiam interdictione usi. Etsi enim Apostolica Sedes ad huiusmodi scripta e medio tollenda omnem operam impendat, adeo tamen iam numero crevere, ut vix notandis omnibus pares sint vires. Ex quo fit, ut serior quandoque paretur medicina, quum per longiores moras malum invaluit».

Nec vero talium voluminum et opusculorum pleraque, quamquam perniciosissima, speciali Supremae huius Congregationis censura plecti valent. Quare Ordinarii ex canone 1397 § 4 C. I. C. per se aut per Consilia a *vigilantia*, quae quidem Summus idem Pontifex, litteris encyclicis "*Pascendi dominici gregis*," instituit, sedulo naviterque gravissimum istud munus explere studeant; neque opportune denunciare in dioecesanis Commentariis praetermittant eosdem libros uti damnatos et quam maxime noxios.

Praeterea quis ignorat Ecclesiam generali lege iam statuisse, ut libri pravitate infecti, qui morum integritatem data opera vel ex professo laederent, vetiti haberentur omnes;

perinde ac si in *Indicem* librorum prohibitorum relati essent? Consequitur inde ut peccatum letale ab iis admittatur qui sine permissione debita librum non dubie salacem legant, etiamsi ab auctoritate ecclesiastica non sit nominatim damnatus. Et quia de hac re, maximi quidem momenti, falsae et exitiosae opiniones obtinent inter cristifideles, ideo locorum Ordinarii pastoralibus admonitionibus curent, ut imprimis parochi eorumque adiutores animum in id intendant, et fideles opportune edoceant.

Insuper omnibus declarare qui libri nominatim, pro singularum dioecesium necessitatibus, ipso iure prohibiti sint Ordinarii ne omittant. Quod si fideles a volumine quopiam arcere efficacius celeriusque se posse existiment si peculiari decreto illud improbent, hoc suo iure omnino utantur oportet sicut, gravioribus causis postulantiibus, id ipsum consuevit S. Sedes, ad praescriptum canonis 1395 § 1 C. I. C.: «Ius et officium libros ex iusta causa prohibendi competit non solum supremae auctoritati ecclesiasticae pro universa Ecclesia, sed pro suis subditis Conciliis quoque particularibus et locorum Ordinariis».

Denique haec Suprema Sacra Congregatio omnes Archiepiscopos, Episcopos et reliquos locorum Ordinarios iubet, occasione relationis dioecesanae, quidquid contra libros lascivos statuerint et exsecuti sint, Sancto Officio manifestare.

Ex aedibus Sancti Officii, die 3 Maii 1927.

L. ✠ S.

R. CARD. MERRY DEL VAL, a Secretis.

---

## *Sacra Congregatio Rituum*

---

### NOTANDUM

*Pag. 154 praecedentis fasciculi duo Elogia emendanda sunt ut sequitur:*

Die 4 Augusti (paenultimo loco)

In vico Ars, dioecesis Belliciensis, in Gallia, sancti Joannis Baptistae Mariae Vianney, Confessoris, qui in parochiali munere obeundo exstitit insignis, et a Pio Papa Undecimo in sanctorum numerum relatus est.

Die 19 Augusti (antepaenultimo loco)

Cadómi, dioecésis Baiocénsis, in Gállia sancti Joánnis Eudes, Confessóris, Missionárii Apostólici, fundatóris Congregatiónis Presbyterórum Jesu et Mariae necnon Ordinis Dóminae Nostrae a Caritáte et promotóris litúrgici cultus erga sacratissima Corda, quem Pius Papa Undécimus fastis sanctorum adscripsit.

(Acta Apost. Sedis, pág. 193).

---

## S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

---

### DECLARATIO

Quaesitum est a Sacra Congregatione de Seminariis et de Studiorum Universitatibus utrum praescriptio in Litteris Encyclicis *Pascendi* (8 Septem. 1907) contenta hisce verbis: "*Theologiae ac Iuris Canonici Laurea nullus in posterum donetur, qui statum curriculum in scholastica Philosophia antea non elaboraverit. Quod si donetur, inaniter donatus esto,*" adhuc vigeat.

Re Ssmo D. N. Pio PP. XI delata in audientia die 27 huius mensis ab infrascripto eiusdem Sacrae Congregationis Card. Praefecto, Ssmus respondere dignatus est:

*Affirmative.*

Romae, e S. Congregatione de Seminariis et de Studiorum Universitatibus, die 29 Aprilis 1927.

C. CARD. BISLEI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

Iacobus Sinibaldi, Ep. Tiberien., *Secretarius.*

---

## Commissio Pontificia de Re Biblica

De laurea in Theologia ad gradus academicos in Sacra Scriptura obtinendos requisita

Ut nonnullis occurratur dubiis quae passim exorta sunt de interpretandis documentis pontificiis, quibus laurea in theologia omnibus ad gradus academicos in Sacra Scriptura contententibus praescribitur, Eminentissimi DD. Car-



dinales Rei Biblicae praepositi hanc declarationem edendam censuerunt.

Ad gradus academicos in Sacra Scriptura contendere ii soli possunt:

1. qui, expleto biennio philosophico, in aliqua Universitate aut Athenaeo a Sancta Sede adprobato cursum theologicum ad normam can. 1365 vel 589 regulariter peregerunt et ibidem lauream in sacra theologia legitime adepti sunt;

2. vel qui, studiis iuxta praescriptiones iuris peractis in Instituto cui non est facultas apostolica concedendi lauream, per duos saltem annos in aliqua Universitate aut Athenaeo a Sancta Sede adprobato studia theologica prosecuti, doctores in sacra theologia ibidem renuntiati sunt;

3. vel Religiosi qui, studiis iuxta praescriptiones iuris peractis, in proprio Instituto adepti sunt titulum qui ipsis, ex facultate a Sancta Sede Religioni facta, ad instar laureae in sacra theologia legitime collatus est.

Die autem 26 Februarii 1927, in audientia infrascripto Reverendissimo Consultori ab Actis benigne concessa, SSmus. Dominus Noster Pius Papa XI praedictam declarationem ratam habuit ac publici iuris fieri mandavit.

IOANNES BAPTISTA FREY, C. S. Sp.

*Consultor ab Actis*

L. ✠ S.

---

## Nuevo Ritual: Edición típica

---

### VARIACIONES

#### *En la Bendición Apostólica in artículo mortis:*

Advierte el nuevo Ritual que el sacerdote se revista de sobrepelliz y estola morada y que exhorte al moribundo a invocar, siquiera con el corazón, el santísimo Nombre de Jesús. También añade al fin, después de la Bendición:

Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendae, neque praemissarum precum recitandarum suspettat tempus, statim Sacerdos Benedictionem ei impertiatur dicendo:

Ego, facultate mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenariam et remisiónem omnium peccatorum tibi

concedo. In nómine Patris, et Filii, † et Spíritus Sancti.  
R. Amén.

Per sacrosancta, etc., ut supra.

Benedicat te, etc., ut supra.

In casu vero necessitatis sufficit dicere:

Ego, facultate mihi ab Apostólica Sede tribú.a, indulgéntiam plenáriam et remissionem ómnium peccátorum tibi concedo, et benedico te. In nómine Patris, et Filii, † et Spíritus Sancti. R. Amén.

Quando hujusmodi Benedictio Apostolica pluribus simul infirmis impertitur, omnia dicuntur semel ut supra. singulari tantum numero in pluralem immutato.

Deinde Sacerdos sequentes preces, quanta poterit majori devotione, dicat, admonetque domesticos et circumstantes, ut simul orent pro moriente.

## RECOMENDACION DEL ALMA

EN ESTE TITULO AÑADE EL NUEVO RITUAL

### Oratio

Clementíssima Virgo Dei Génitrix María moriéntium piíssima consolátrix, fámuli N. (fámulae N.) spiritum Fílio suo comméndet, ut, hoc matrerno intervéntu terróres mortis non timeat; sed desiderátam caeléstis pátriae mansiónem, ea cómite, laetus (a) ádeat. R. Amén.

### Oratio

Ad te confúgio, sancte Joseph, Patrón moriéntium, tibi que, in cujus beáto tránsitu vīgilis adstiterunt Jesus et María, per hoc utrúmque caríssimum pignus, ánimam hujus fámuli N. (fámulae N.), in extrémo agóne laborántem, enixe comméndo, ut ab insidiis diaboli, et a morte perpétua, te protegente, liberétur, et ad gáudia aetérna pervenire mereátur. Per eúmdem Christum Dóminum nostum. R. Amén.

## LETANIA LAURETANA

DESPUES DE ELLA SE DIRAN

Pro temporis diversitate:

Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini:

v. Angelus Dómini nuntiávit Maríae.

R. Et concépit de Spíritu Sancto.

Orémus.

Oratio

Deus, qui de beátae Maríae Virginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluísti; praesta supplicibus tuis, ut, qui vere eam Genitricem Dei credímus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. *R.* Amén.

A Nativitate Domini usque ad Purificationem B. M. V.

*V.* Post partum, Virgo, invioláta permansísti.

*R.* Dei Génitrix, intercède pro nobis.

Orémus.

Oratio

Deus, qui salutis aetérnae, beátae Maríae virginitáte fécúnda, humano géneri praemia praestitísti: tribue, quaesumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam meruímus auctórem vitae suscipere Dóminum nostrum Jesum Christum Filiuúm tuum. *R.* Amén.

A Purificatione usque ad Pascha et post Tempus Paschale usque ad Adventum Domini:

*V.* Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

*R.* Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus.

Oratio

Concede nos fámulos tuos, quaesumus, Dómine Deus, perpétua mentis et cóporis sanitate gaudére: et gloriósa beátae Maríae semper Virginis intercessióne, a praesénti liberári tristítia et aetérna pérfrui laetítia. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amén.

Tempore Paschali

*V.* Gaude et laetáre, Virgo María, allelúja.

*R.* Quia surréxit Dóminus vere, allelúja.

Orémus.

Oratio

Deus, qui per resurrectionem Filii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum laetificáre dignátus es: praesta, quaesumus; ut per ejus Genitricem Virginem Mariam perpétuae capiamus gáudia vitae. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. *R.* Amén.

## JUNTA DELEGADA DEL REAL PATRONATO ECLESIASTICO

### Prebendas vacantes y Turnos para su provisión

*Deán de Almería.*—Concurso 7.º de la 2.ª categoría: Canónigos de Sufragánea.

*Abad de Santo Domingo de la Calzada.*—Conc. 2.º de la 3.ª: Canónigos de Metropolitana.

*Maestrescuela de Granada.*—Conc. 3.º de la 3.ª: Dignidades de Sufragánea.

*Arcediano de Valencia.*—Turno de traslado.

*Deán de Albarracín.*—Conc. 4.º de la 3.ª: Canónigos de oficio de Sufragánea, Capellanes de Honor de la Real Capilla, primeros de San Francisco el Grande y Provisores y Vicarios generales.

*Canonjia de Santiago.*—Conc. 2.º de la 4.ª: Canónigos de Sufragánea.

*Chantria de Vich.*—Conc. 2.º de la 4.ª: Canónigos de Sufragánea.

*Canonjia de Lérida.*—Conc. 2.º de la 5.ª: Canónigos de reducenda o Colegiata.

*Capellania de Reyes de Sevilla.*—Turno de traslado.

*Canonjia de Guadix.*—Conc. 3.º de la 5.ª: Beneficiados de Metropolitana, Párrocos muzárabes, y Capellanes segundos de San Francisco el Grande.

*Canonjia de Mallorca.*—Conc. 4.º de la 5.ª: Beneficiados de Sufragánea y muzárabes, Capellanes de Monserrat, Encarnación, Descalzas Reales, de Altar y Música, Sacristanes y Ayudas de oratorio de la Real Capilla

*Canonjia de Tudela.*—Conc. 5.º de la 6.ª: Párrocos, Ecónomos y Coadjutores de ascenso.

*Beneficio de Santiago.*—Turno de traslado.

*Canonjia de Ceuta.*—Conc. 6.º de la 6.ª: Párrocos y Ecónomos de entrada.

*Canonjia de Ibiza.*—Conc. 7.º de la 6.ª: Párrocos rurales y Capellanes de Monasterio, Hospital Casa de Beneficencia, Penitenciaria o Institutos análogos.

*Beneficio de la Coruña.*—Conc. 3.º de la 8.ª: Ecónomos.

Los que reúnan las condiciones legales para aspirar a ellas, deberán remitir sus instancias acompañadas de las testimoniales, que sólo son valederas por seis meses, contados desde la fecha en que fueron expedidas, a las Ofici-

nas de la Junta (Conde de Barajas, 8), antes del día 20 de Junio en que quedará cerrado el plazo de admisión, rechazándose las solicitudes de cuantos no estén incluidos en el turno o concurso correspondiente a cada vacante.

# OBRA DE LA PROPAGACION DE LA FE

EN FAVOR DE LAS MISIONES DE AMBOS MUNDOS

## JUNTA CENTRAL DE ESPAÑA

*CUENTA general de lo recaudado en España para esta Santa Obra en el año 1926.*

DIÓCESIS	Pesetas	Cts.
Vitoria.....	69.611,25	
Barcelona.....	64.411,14	
Madrid-Alcalá.....	37.600,04	}
Donativo de la Excm. Sra. Condesa viuda de Floridablanca.....	1.000,00	
Sevilla.....	18.000,00	
Pamplona.....	17.116,40	
Santander.....	15.746,00	
Mallorca (Palma).....	10.524,45	
Orense.....	6.840,30	
Valencia.....	5.500,00	
Palencia.....	5.000,00	
Salamanca.....	4.347,70	
Badajoz.....	3.965,36	
Mondoñedo.....		
Legado de D. <sup>a</sup> Enriqueta Varela Cordido (q. e. p. d).....	2.000,00	}
Importe de la recaudación.....	499,60	
Ferrol.....	679,20	
Ribadeo.....	325,00	
Ortigueira (de 1925).....	30,00	
Oviedo.....		3.199,35
Vich.....		3.000,00
Zaragoza.....		2.799,40
Orihuela.....	1.462,50	}
Alicante.....	1.074,25	
León.....	1.316,35	}
{ Secretaría de Cámara del Obispado.....	936,60	
{ Junta de señoras y caballeros.....		2.252,95
Toledo.....		2.222,12
Burgo de Osma.....		2.210,00
Tortosa.....		2.145,00

DIÓCESIS

	Pesetas	Cts.
Cádiz.....		2.126,00
Santiago.....		2.114,75
Granada.....		1.915,05
Ciudad Rodrigo.....		1.882,25
Calahorra.....		1.877,00
Teruel... { Legado de don Pedro López		
{ Espejo (q. e. p. d.).....	1.000,00	
{ Recaudación.....	£45,00	
		1.545,00
Tuy.....		1.381,95
Tenerife (Laguna).....		1.306,00
Tarragona.....		1.197,60
Málaga.....		1.195,40
Sigüenza.....		1.195,00
Valladolid.....		1.129,10
Segorbe.....		1.100,00
Jaén.....		1.075,00
Ciudad Real.....		1.071,75
Las Palmas (Canarias).....		1.000,00
Ávila.....		990,15
Tudela.....		950,00
Ciudadela (Menorca).....		925,00
Burgos... { Junta de señoras.....	715,05	
{ Idem de caballeros.....	207,20	
		922,25
Gerona.....		900,00
Lugo.....		876,70
Huesca.....		872,00
Jaca.....		831,65
Córdoba.....		778,65
Astorga.....		743,80
Cartagena.....		700,00
Almería.....		606,75
Cuenca.....		611,30
Zamora.....		604,00
Plasencia.....		597,80
Tarazona.....		527,90
Segovia.....		395,00
Seo de Urgel.....		381,50
Albarracín... { De un amante de la Sta. Obra	225,00	
{ Recaudación.....	114,00	
		339,00
Lérida.....		300,00
Barbastro.....		280,00
Guadix.....		230,00
Coria.....		200,00
Una limosna anónima.....		14,69
TOTAL.....		321.255,00
Gastos varios.....		12.205,00
TOTAL LÍQUIDO.....		309.050,00

Cuya suma de *trescientas nueve mil cincuenta pesetas*, ha sido entregada a SU EXCELENCIA REVERENDÍSIMA Mons. Tedeschini, Nuncio Apostólico en esta Corte, para que se sirva ponerlo

a disposición del Eminentísimo Sr. Cardenal Van Rossum, Prefecto de la Sagrada Congregación de Propaganda Fide, en Roma.

Madrid, 15 de Marzo de 1927.

V.º B.º *La Presidenta*, A. Duquesa de San Carlos, *Marquesa viuda de Santa Cruz*.—† Leopoldo Eijo y Garay, *Obispo de Madrid Alcalá*.—*El Director Nacional*, Angel de Sagarminaga.—*La Tesorera*, Condesa de Cerragería.

---

## COLLATIO DOGMATICA MORALIS ET LITURGICA MENSE JUNIO HABENDA

---

### DE RE DOGMATICA

Utrum Deus sit omnino immutabilis (S. Th. I.<sup>a</sup> p. q. IX, a. 1.<sup>o</sup>)

### DE RE MORALI

Didacus, civis salmantinus, asserit leges tributorum esse mere poenales, et consequenter merces vectigales semper, et felici quidem exitu, abscondit; exstante lege de declarandis tum bonis tum annuis redivibus ad tributa servata praeparatione exigenda, partem bonorum occultat, declarationem pensionis ex Statu ob publicum munus perceptae facit quidem, minime vero redivitum quos sive ex privata negotiorum gestione sive ex diversis item privatis officiis percipit. Quo non obstante, in foliis diariis et in privatis colloquiis frequenter in municipium insurgit quod commoda publica non sat procuret.

Quaeritur: I.<sup>um</sup> Quid sit et an existat lex mere poenalis.

2.<sup>um</sup> Ad quid obliget lex mere poenalis.

3.<sup>um</sup> An leges respicientes tributa sint mere poenales.

4.<sup>um</sup> Quid de modo agendi Didaci in diversis casus circumstantiis.

### LITURGICA

Ritus servandus in sacra communione ministranda.

---

## BIBLIOGRAFÍA

---

FRAY JOSE DE SIGUENZA, FUNDACIÓN DEL MONASTERIO DE EL ESCORIAL POR FELIPE II.

Para celebrar el cuarto centenario del nacimiento de Felipe II, ofrecemos al público esta admirable obra, una de las más bellas, patrióticas y castizas de nuestra literatura.

Menéndez Pelayo coloca al P. Sigüenza entre los primeros estilistas españoles; y en estas páginas describe el autor, con emoción e interés avasalladores, la fábrica de ese Monasterio, que él vió construir desde sus cimientos a la cumbre: monumento perenne del amor que al Arte, a la Arquitectura, a la Ciencia y a la Religión tuvo aquel gran Monarca, tan calumniado y mal comprendido. Nadie debe quedar sin leer este libro.

Edición esmerada, en papel satinado, con veinticuatro grabados y 688 páginas, encuadernada en tela Precio: 5 pesetas. *Apostolado de la Prensa*, San Bernardo, 7.—Madrid.

La obra predilecta de los Párrocos y Catequistas, porque en los tres tomos de que consta de 447, 542 y 580 páginas, se encuentra el Catecismo completo, explicado en forma metódica, sólida y clara, y en muy poco tiempo se pueden preparar debidamente para explicársele cada cuatro años a los fieles, es la recomendada por varias revistas y boletines eclesiásticos.

### **Teología popular o Explicación de la Doctrina Cristiana.**

por el Pbro. D. Julio Bariego de la Puente, Coadjutor de la parroquia de Santiago Apóstol de Valladolid.

Precio 20 pesetas en rústica y 25 encuadernada en holandesa, más 0,60 por gastos de envío y certificado. Por tomos sueltos 6, 7 y 7,50 pesetas respectivamente en rústica, y 7,50, 8,50 y 9 en holandesa, mas 0,40 por gastos de envío y certificado.

Los pedidos al autor (Zúñiga, 29).

---

## **Ejercicios espirituales para sacerdotes y caballeros**

EN LA

**RESIDENCIA DE LOS PP. JESUITAS**

---

*Empezarán el 9 y 20 de cada mes, a las once y media.*

*Terminarán el 16 y 27, a las nueve de la mañana.*

Cuantos deseen hacerlos, deberán escribir al P. Superior (Serranos, 2, apartado 44, Salamanca) y esperar su contestación.

---

Salamanca.—Imprenta de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado.